

lijs sementa colligere: Quæ ideo magis
 innotantur, vt Seneca idem ait, quia mi-
 rum est, fortiter aliquid dici ab homine,
 mollitiem professo, & rursus quod fieri
 in Senatu solet, faciendum ego in Philo-
 sophia quoque existimo: Cum censuit ali-
 quis quod ex Parte mihi placeat, iubeo
 illam diuidere sententiam: Et sequitur,
 pro eo libentius Epicuri dicta egregia
 commemoro, vt isti qui ad illa confugi-
 ent spe mala inducti, qui velamenta ipsa
 vitiorum suorum habituros se existi-
 mant, probent quocunque ierint, honeste
 videndum. Haetenus de Epicuro elegan-
 ter apud Senecam: nunc ad ipsum, de quo
 nobis sermo institutus est venio. Nun-
 quam volui populo placere, inquit Epi-
 curus: Quid virilius, quid magnificentius,
 quid sapientiae viro dignius, à quocunque
 vel Peripatetico dici potest? nec minus li-
 brata ratio. Nam quæ, inquit, scio non
 probat populus, quæ probat ego nescio:
 Præclara si modò non voluptatis, sed vir-
 tutis amicus id diceret. Quid enim nescire
 te dicis Epicure? cum vnus ex omnium
 grege Philosophorum, vulgaris insaniam
 defensor existas, & quod ab indoctis ebrii-
 is in conuiuio eructatur, à te sobrio pro-
 betur